

/ Admodum R/de Pater,

Vir quidam doctissimus vertit in linguam graecam vulgarem doctrinam christianam meam italicam longiorem non illam brevem, quam R.V/ra curavit excudi cum imaginibus. Si velit R.V. eam istic excu-
5 di, mittemus codicem manuscriptum, et speramus facile distrahi, ac
divendi posse, si mittatur in Urbem Constantinopolitanam, et in alia loca Graeciae. R.V.^a primo quoque tempore respondeat, ut sciant qui praesunt huic negotio, quid illis agendum sit. Valeat R.V/ra
mei memor in sanctis precibus, et sacrificiis suis. Datum Romae die
/ 22. Julii 1615.

Arch.Vatic.Gesuit.22 epist.CLVII.